



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 40. Pontificis consilium de dissolvenda Synodo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

præ ceteris quoque, qui adversam tuen-
tur sententiam, majori adhuc studio
Pontifici addicti sint. Hæc commen-
datio Mantuanum, ac Seripandum in-
genti afficiebat lætitia.

§. XL.

*Pontificis consilium de dissolvenda
Synodo.*

Postrema hæc cautela eo magis erat
necessaria, quo firmiter Pontifex,
priusquam Archiepiscopus Romam ve-
nisset, habito Patrum Senatu Synodi
continuationem declarare, ac ipse re-
sistentiæ articulum decidere decreverat:
quæ res ad Synodi suspensionem, quam
desiderabat, spectasset, prout Lan-
facus in epistola ad viduam Franciæ Re-
ginam data die septima Junii his ver-
bis significabat. „Nuntiare oportet,
„quod Odescalchus a sua Sanctitate ad
„Hispaniæ Regem fuerit ablegatus, ut
„illum hortaretur, quatenus Religio-
„nis causæ in Francia favere, opem-
„que ferre, simulque suas vires cum
„summo Pontifice foedere inito jungere
„vellet adversus illos, qui sese a Reli-
„gione Catholica segregarunt; cum au-
„tem ad hoc bellum ingentes expensas
„facere oporteret, sub hoc prætextu
„Regem inducere, Odescalchus jubeba-
„tur, ut Synodi suspensionem approba-

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

Mem. pour
le Conc. de
Trente lett.
de Lansac a
la Reine du
7. Juin.
pag. 221.

Sæcul. XVI.
A. C. 1562.

„ret., Enimvero in eodem Patrum Senatu hoc foedus proponebatur, ac Pontifex ad illud quoque ineundum Italiae Principes, Venetos, Sabaudiae Ducem, necnon Hispaniae, & Franciae Reges sollicitabat, hocque consilium Caesaris, ac Venetorum Oratoribus exponi curabat, in Gallias vero Vincentium Pargliam Sancti Salvatoris Abbatem ablegabat: insuper Odescalchus jam in Hispaniam profectus apud Philippum II., quod Hispaniae Praesules contra Pontificiam auctoritatem conspirarent, conquiri, eidemque exponere jubebatur, quod Caesaris postulata ad excitandum schisma in Ecclesia tenderent. Ceterum illi, qui rerum haud ignari erant, facile de futuro hujus moliminis successu praefagebant. (*)

§. XLI.

(*) Hæc Continuator tam de suo cerebro parturiit, quam ex apogrypho Authore descripsit: ea enim de re nullus illorum, qui acta Synodi Tridentinae conscripsere, imo nequidem ipse Nicolaus Psalmæus Virodunensis Episcopus natione Gallus, qui ipse in Synodo praesens aderat, nec alii, vel verbulum posteris reliquere: illæ autem relationes, quas Galli vocant, *Memoires*, ipfismet Gallis spectæ sunt, quoniam plerumque ab ejusmodi Scriptoribus sunt confarcinatae, qui vel adu-

landi